



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

4 Quos effectus consuetudo habeat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

40. & scđ. 5. num. 58. & scđ. 6. n. 62. Bonacina disp. I. q. 1.
junct. vlt. §. 3. n. 34. Azor tom. I. lib. 5. c. 18. q. 1. & alij innu-
mici ab alijs telati.

Fundamentum est, quia Princeps supremus, scilicet, Rex, aut Pontifex, optimè potest lege sua stabilitate, ut quoties po-
pulus in aliquo consuetudine, rationabilis decennio duraret,
ea conlectato pro lege suscipiat: facta autem hac lege ne-
minii dubium esse potest consuetudinem rationabilem decen-
nii datacent vim legis habere ex approbatione legali supre-
mi Princeps: neque alia est approbatio expostulata. Sed hoc
ipsum factum iam est iure canonico, & civili. Ergo iure au-
tem canonico constat hoc factum esse in cap. vlt. de consuetudine
vbi stabilitate consuetudinem rationabilem, & legitimè pref-
erantiam iuri positivo derogare: quod autem fit rationabilem,
non pender ex scientia, & voluntate legislatoris, sed ex natu-
ri ipsius rei, cuius est consuetudo: esse autem legitimè pref-
erantiam, habetur ex cursu temporis. Ergo cum nulla alia
conditio ad stabilendam consuetudinem requiriatur iure ca-
nonico, gratis, & sine fundamento expostulata: scientia Prince-
pis, & eius nouus conatus, item iure civili constitutae eadem
doctrine ex l. de quibus, ff. de legibus, vbi dicitur, rectissime re-
currens est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam
iusto consensu omnium per desuetudinem abrogentur, id est,
non solum suffragio legislatoris expresso, & personali, qua
consuetudine introduxit superuenientia; sed contentio populi ex-
ficiat accepta à legislatore, & l. vlt. Cod. quis sit longa consue-
tudo, dicitur, probatam, & seruam tenaciter consuetudinem,
perpetua legi vicem habere statuimus. Item habetur in l. Cod.
eodem in quibus legibus non obstat l. 2. Cod. quis sit longa consue-
tudo, relata in cap. consuetudinis, distinet. 11. vbi dicitur,
consuetudinis, usq[ue] longas non viles autoritas est, sed non
ejus ad sui voluntaria momenta, ut aut rationem vincat,
aut legem. Non enim consuetudo sua autoritatem vincit legem,
sed ex auctoritate legislatoris, & illius consenu, non quidem
exercitus postquam iam est consuetudo introducta, sed antec-
cedenter ad ipsam consuetudinem manifestatus.

4. Neque obstat fundamentum Basilii de Leon. Concedi-
mos non omne consuetudinem approbari à Princeps, sed so-
lum rationabilem, & legitimè prescripam: & hoc est, quae
in *Supradicto cap. fin. de consuetudine, approbatu*, & non alia.
Cum vero dicitur consuetudinem specialem, specialem esse le-
gem. Ergo specialem consensum legislatoris expostulare: di-
stingendum est de speciali consensu, & dicendum requiri
specialem consensum proprium, & manifestum; non tamen ita
singularem, ut solum unam consuetudinem comprehendat,
potest enim unus, & specialis consensus pluribus consuetudi-
nibus deferire.

P N C T V M III.

Qui possunt consuetudinem introducere.

1. Ab una persona consuetudo introduci non potest.
2. Imperfetta communitas introducere consuetudinem non potest.
3. Communitas perfecta opimè potest.
4. Regnum, & provincia superiori recognoscens, neque ha-
bens auctoritatem leges condendi, potest introducere
consuetudinem.
5. Est introducenda consuetudo à majori parte communitatis,
que consuetudinem introducere potest.
6. Aliqua inferuntur pro horum clariori intelligentia.

IN primis certum est ab una tantum persona, etiam si po-
test, legibus legislatum habeat, qualis est Princeps, non
potest consuetudinem suis actibus introduci, quia vim legis ha-
beat: cum quia ad consuetudinem consensus plurius, & con-
venientia in actibus expostulatur, tum & præcipuum, quia Princeps non conferat præceptum, aut legem imponere subditus, ex eo, quod hoc, vel illo modo operatur: sic docuit Suarez, lib.
7. de legibus, cap. 3. num. 2. cum Rocco de Cutte tractat. de
consuetudine, prafat. num. 16. & 22. & tenet omnes. Ex quo
a fortiori fit, nullam aliam priuatam personam id efficer posse.
Neque obstat aliquando priuatam personam consuetudine à
se introducere eximere ab obligatione legis: sicut Episco-
pus obligatus erat in correctione subditorum procedere ex
capitulo Capituli cap. 1. de prescriptionibus, in 6. & tamen con-
suetudine à se introducere eximete potest ab hæc obligatione,
cap. non est, de consuetudine, in 6. Non, inquam, obstat, quia hæc
exemptione non est exemptio directa à communione lege, sed indi-
recta, quatenus sollit materiam illius legis præscriptione adver-
sus Capitulum: consuetudo autem præscriptiu[m] iure dari po-
test à priuatam persona; secundus vero consuetudo legalis, quia sicut
priuatam persona capax non est legis, ideo sua consuetudine in-
troducere legem non potest. Adde etsi nimis irrationaliter, &
contra bonum commune, si subditus transgrediendo legem,
aut præceptum posset se ab obligatione illius eximere, datur
enim anima leges violandi.

Secundò est certum, imperfectam communitatem, qualis
est familia quadam, non potest consuetudinem legalem intro-
ducere, quia non est capax ferendi legem: consuetudo autem
legalis, lex quadam est, sic supradicti Doctores, & colligunt
manifestè ex l. de quibus, l. sed ea, ff. de legibus.

3. Tertiò certum est communitatem perfectam, qualis est
republica, provincia, regnum superiorem non recognoscens,
potest consuetudinem legalem statuere, quia potest legem fer-
re; ergo potest consuetudinem, quae pro lege suscipiat, in-
troduce.

4. Difficultas nonnulla est de populo superioriter recognos-
cente, neque habente auctoritatem condendi legem, qualis est
generaliter Hispania regnum: an, inquam, hoc regnum, &
quilibet provincia illius, possit consuetudinem introducere,
qua vim legis habeat? Et eadem difficultas est de quoilibet
Episcopatu, an possit consuetudinem legalem introducere: cum
ipse non habeat potestatem condendi legem; sed hæc potestas
toti sedis peccatum superiori, Ponifice, scilicet, aur Episco-
pum?

Dicendum ergo est habere quidem potestatem introducendi
consuetudinem derogatiuam legis antiquæ, aut noua consti-
tuunt, quia ad hanc potestatem sufficit de se posse legem
introduce, etiæ ex accidenti id non possit. Addit solum requi-
ti ad hanc consuetudinem introducendam esse communitatem
qui lex possit imponi, esto non sit capax ferendi illam; quia
consuetudo talis communitatis non introducit legem, ut suam
sed ex consensu Princeps, qui consuetudini communitatis ca-
pacis legi recipienda applicatus est, & ita docet S. 19.
de legibus, scđ. 6. num. 59. & scđ. 11. num. 90. Bonacina disp. I.
quaest. 1. punct. vlt. §. 3. num. 13. & 28. Suarez lib. 7. c. 9. à 7.
probatur laicæ Burgos de Par. l. 3. Tauri, concl. 4. a. 601. pag. 246.

5. Adiecto tamen, consuetudinem introducendam esse à
majori parte communitatis, quae illam introducere potest, quia
tunc tota illa communitas confertur confondere, conscientie
majori illius patre: & ita tradit Suarez disp. 19. scđ. 6. n. 60. ex
glossa l. consuetudinis, Cod. quis sit longa consuetudo. Suar-
dicens esse communem omnium lib. 7. cap. 9. num. 12. Non tamen
requiritur, ut duas partes communitatis consentiant, hoc enim
ad aliquas electiones est specialiter requisitum, non ad consue-
tudinem, ex l. quod maior, ff. ad municipalem, & cap. 2. l. de his
qua fiant à majori parte capituli. Hæc major pars debet esse
ex personis habiliibus, & capacibus legis, vnde amentes, &
infantes, & omnes illi, qui legibus non teneantur, non pos-
sunt sua consuetudine legem abrogare, aut nouam consti-
tuere.

6. Ex hac doctrina sit primò laicos non posse sua consuetu-
dine eximere clericos ab obligatione clericis imposita, neque
econtra: & generaliter consuetudine vnius communitatis non
potest alia obligari, qui actus vnius communitatis ad aliam
non pertinet: sic Suarez, num. 11. & cap. 16. n. 9. Salas, n. 91. scđ.
15. n. 10. Bonac. disp. 1. q. 1. punct. vlt. n. 16. Verum si laici
consuetudinem aliquam introducerent, non quatenus laici sunt,
sed quatenus ciues sunt, & circa materiam clericorum propriam,
vt contingat in ieiunis, & festiuitatibus sexuandis, tunc eorum
consuetudo est consuetudo ciuitatis: ergo adstringit omnes ci-
ues illius. Ergo clericos, quatenus ciues illius sunt, & ita docet
Suarez lib. 7. cap. 16. num. 12. contra Paludan. & alios relatios
à Suarez ibi, quibus fuerit Salas disp. 19. scđ. 15. num. 105. circa
finem.

Fit secundò, moniales posse consuetudini à legibus sibi im-
positis se eximere, quia sunt capaces legis recipiendæ: sic do-
cuit Suarez supra num. 11. Salas scđ. 11. num. 91. Bonacina
num. 15.

Fit tertio, communites mercatorum consuetudine posse à
lege sibi imposta se eximere, & nouam constitutere, quia est
communitas capax obligari lege. Ergo etiam se à lege eximere
di per consuetudinem: quia non se eximit vi sua sed ex
consensu legislatoris; & ita tenet Bonacina num. 30. Salas, & Suarez
supra.

P N C T V M IV.

Quos effectus consuetudo habeat.

M Ulripliciter consuetudo humanas actiones afficer potest.
Primò obligationem imponendo. Secundò abrogando
obligationem legem ante posse. Tertiò interpretando illam.
Quarto irritando actum contra factum,

§. I.

Expenditur primus effectus consuetudinis qui
est obligatio.

1. Examinatur, posse in introduci consuetudo obligans tanum
ad p[ro]ximam determinatam? Resoluitur posse.

2. Conclusio

- 2 Consuetudo unius ciuitatis aliam non obligat.
3 Quando in una ciuitate non est lex, nec consuetudo, recurrere debet index ad vicinas ciuitates, non ex obligatione, sed ex equitate.

DE priori effectu consuetudinis, qui est obligatio, fatus superque dictum est; cum enim consuetudo pro lege suscipitur, & de ratione legis sit obligationem inducere, inferit manifeste consuetudinem hanc vim obligandi habere. Quocirca sicut lex pro materia gravitate obligat ad culpam; sic consuetudo, quae est vera lex, ad eam obligabit.

Difficultas ergo prima est, an consuetudo introduci possit, quae solùm ad penam obliget, & ad peccatum determinatam?

Et quidem mihi videunt certum id fieri posse; quae enim est repugnancia, ut consuetudo introducatur puniendo transgressores aliquius legis, hac vel illa pena determinata? cum enim id lege fieri possit, cur non poterit fieri consuetudine, qua pro lege suscipitur? Item introduci potest consuetudo, ut tali pena mutetur transgressor aliquis constitutions, etiam si constitutio ad culpam moralem non obligat. Ergo iam potest consuetudo ad penam tantum obligare: & ita tener Suarez lib. 7. de legib. c. 16. n. 2. & 3. cum Roch, de Cate. trad. de consuet. sect. 4. num. 20.

2 Secunda difficultas est, an consuetudo unius ciuitatis aliam obligat?

Respondeo obligare non posse, quia consuetudo, & præscriptio tantum haberet potestate: quantum de vita, & actu, ut ex Baldio, & aliis probat Menochius de restringenda posse, rem. 5. num. 91. & Rota in nouissimis decr. 288. num. 4. tom. 1. ad Farinacum. Quocirca non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam, nec de caufo ad catum, sic Salas disp. 19. sed. 14. Suarez lib. 7. cap. 16. num. 6. & alii plures ab eisdem relati. Ratio est, quia p̄inceps solū censetur velles consuetudine obligare communatem, quae illam introductio, non aliam, communitas item aliam introducere ex intentione se obligandi tantum. Ergo nunquam ex consuetudine viuis communatais alia obligatur.

3 Nihilominus tamen, si in aliqua ciuitate non fuerit statutum, aut lex, aut consuetudo, quibus causa decidatur, recurrere debet index ad consuetudinem vicinarum ciuitatum, si rationabilis est, iuxta c. 16. cap. 1. de consibus, & c. 16. olim, de consuetud. & tradit Panormit. ibi n. 1. Et idem est in eadem ciuitate circa diuersum casum, si subest eadem ratio, & aequitas. Conceditur enim tunc ex senso, & vīs prescriptionis, ut relati alii docet Menochius supr. num. 65. Verum, ut recte adiicit Salas disp. 19. sed. 14. num. 102. hoc intelligendum est: non de obligatione, sed de convenientia, & exequitate; quia consuetudo unius ciuitatis ad aliam authenticè non extenditur, neque de uno caufo ad alium. Vi dictum est. Neque obstat textus in cap. super eo, de cognit. spirituali, vbi videtur præcipi Episcopo consuetudinem ipsarum metropolitanarum Ecclesiæ, vel aliarum circumpostarum inquirere, & diligenter imitari: tum, quia hoc non videtur iniungi ex præcisa obligatione, sed ex aequitate: tum & præcipe quia illa inquisitio, & investigatio consuetudinis metropolitanarum Ecclesiæ, vel vicinarum ciuitatum sit ad inuestigandam consuetudinem propria Ecclesiæ, quæ ignorabatur; quare consuetudo vicinarum ciuitatum, vel metropolitanarum Ecclesiæ non obligat suffraganeum, quia est metropolitanarum Ecclesiæ, vel ciuitatum vicinarum; sed quia presumitur eadem esse consuetudinem in propria Ecclesia, licet ignoretur. Ut autem plene cognoscatur, (ait Pontifex) confundens esse vicinos Episcopos, & maximè metropolitanarum: an, inquam, consuetudo sua Ecclesiæ, sit consuetudo communis totius dicesis, sic explicat Salas supr. num. 7.

S. I. I.

Qua ratione consuetudo abrogat legem præexistentem, qui est secundus effectus consuetudinis.

- 1 Consuetudo legitime præscripta abrogat legem.
- 2 Quid intelligitur de lege præcipiente. & penali.
- 3 Potest consuetudo abrogare penam legi, manente legis obligatione.
- 4 Potest consuetudo contra abrogare legem manente obligationem ad penam.
- 5 Potest abrogare legem irritantem.
- 6 Quid dicendum de lege prohibente consuetudinem contrariantem! Proponitur ratio dubitandi abrogari non posse.
- 7 Proponitur distinctio Suarez, & aliorum, sed non admittitur.
- 8 Lex improbans consuetudinem per generalia verba, non solùm de consuetudine præterita, sed etiam futura insiguntur.

9 Proponitur obiectio, & solvitur.

10 Si lex improbat consuetudinem, ut re publica inconveniens, non potest aduersus illam consuetudo praualetere nisi res ita mutentur, ut prudenter possit legislator eelle legi derogare.

11 Potest consuetudo praualetere aduersus legem versantem circa sacramentalia.

12 Aduersus in genitiva communis sententia tenet consuetudinem praualetere non posse.

13 Contraria probabile est.

14 Aliqua notantur in huic probabilitatis confirmationem.

1 Tunc communis sententia consuetudinem rationabilem, & legitime præscriptam efficaciam habete abrogandi legem, seu tollendi eius obligationem, ex cap. vii. de consuetud. & lib. quibus, 1. sed ea, ff. de legib. neque opus est in remanente auctores coegerare. Ratio est, quia ab bonum commune, & rectam re publica gubernationem pertinet, ne Principis suis legibus adiungat populum dum carum observatione repugnante; sed potius connuat & consentiat consuetudini à populo introducta. Ergo ex huiusmodi consensu efficaciam habet consuetudo tollendi legem.

2 Ad plenam tamen intelligentiam huius communis sententie, aliquid expedienter sunt difficultates. Prima est, an iactilagius lapidat doctrina potest non solūm de lege præcipiente, sed etiam penali? Deinde, an consuetudo valere abrogare penam, recta obligatione ad culpam? Et circa primum omnes affirmant consuetudinem praualetere posse aduersus qualibet legem positivam, quia potest esse rationabilis, & legitime præscripta: inquit circa legem penalem potest excogiti major convenientia, eo quod populus efficacius eius obseruatione repugnat.

Circa secundum vero Castro lib. 2. de lege pen. cap. 2. alios referens existimat consuetudinem abrogate non posse penam legie impositam, nisi simul abrogat ipsam legem, seu eius obligationem. Mowett, quia faciens contra legem committit culpam; ergo adiungit penam, quia penam est proper culpam. Ergo consuetudo non potest abrogate penam legis, manente legi obligatione.

3 Nihilominus dicendum est posse consuetudinem abrogare penam non solūm secundam à iudice (de hac enim nullus dubitat) sed etiam ipso iure latam, manente legis obligatione, sic docuit Naauart, comment. de regulis, num. 9. & in summ. c. 27. num. 106. Suar. lib. 7. cap. 19. num. 1. Salas disp. 19. sed. 9. num. 76. cum Panorm. cap. 1. de traxia, & pace. Sylvest. consuetudo, quist. 3. & ii. Azo, tom. 1. lib. 5. cap. 18. quist. 10. Ratio est manifesta, quia est transgressio legis debetur pena, sed non debetur hæc pena determinata, cum poterit alia imponi, vel tenui arbitrio iudicis imponenda. Ergo optimè potest consuetudo penam abrogare manente legis obligatione. Et confirmo, Nemini dubium est posse Principem abrogate penam in lege positam, manente legis obligatione; sed quod fit lege expresa, fieri potest consuetudine. Ergo, Item Extravag. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. & in Clement. ambitio, vob. tit. & in aliis multis decretis, varie penae sunt impositæ, qua iam vnu et illarunt, manente legis obligatione, ut testatur Naauart, cap. 27. num. 150. Suarez, & Salas supr. Ad fundamentum contrarium respondeo, violantem legem committere culpam, & penam obnoxiam esse, non tamen hæc penam determinata, sed arbitrio iudicis relinquiri.

4 Secunda difficultas est è contra, an consuetudo possit abrogate legem obnoxiam, manente obligatione ad penam.

Respondeo breuiter posse, nisi penalis conditionis sit, ut culpam presupponat: sic tradit Salas disp. 19. de legib. cap. 9. num. 77. cum Naauart, in c. 16. quist. 1. num. 107. considerat. 3. Suarez lib. 7. cap. 19. num. 12. Ratio est, quia dari possunt leges penales, quae solūm ad penam obligent, non ad culpam propriam. Ergo etiam consuetudine hoc ipsum introduci potest. Dico, nisi penalis talis conditionis sit, que culpan propriam supponat, quod dixi propter censuras, que nunquam imponunt nisi coniugibus, & inobedientibus Ecclesiæ, ac proinde culpan propriam committentibus.

5 Tertia difficultas est de lege irritante, an, inquam, consuetudo possit abrogate huiusmodi legem?

Respondeo posse, quia per legem id fieri posse nemo dubitat. Ergo etiam per consuetudinem fieri potest, que loco legis succedit. Item potest inveniri causa honestans legem, que derogat priori irritanti, ut de facto à Trident. factum est in variis impedimentis matrimonij inter antiquo positis. Ergo etiam potest inveniri causa honestans consuetudinem, que simili legi derogat sic docuit Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 4. n. 11. & 14. Suarez lib. 7. cap. 9. n. 14. Salas disp. 19. sed. 10. n. 7. 78. Basilius de Leon. lib. 5. de matrim. cap. 4. n. 6. & alii plures ab eisdem relati. Ex qua resolutione inferunt superdicti Doctores, posse consuetudine introduci impedimenta matrimonij irritantia & invenire iure humano aboliri. Neque obstat textus in cap. quod

qua super his, de consanguinitate, in fin., vbi Pontifices cauerit ne iacta gradus prohibitos matrimonium contrahatur, & presumptores Ecclesiastica distinctione puniendos esse, non obstante confuetudine, qua dicenda est corruptela. Loquitur enim de confuetudine non legitimè prescripta, haec enim non habet vim legis abroganda; secus veto de confuetudine rationabilis, & legitimè prescripta, quæ esse potest, etiam à principio reprobusa fuit, ut statim dicemus.

6 Quarta difficultas est de lege prohibente confuetudinem contrariam, an, inquam, abrogari confuetudinem possit.

Ratio difficultatis est, quia prohibens confuetudinem futuram, prohibet illius efficaciam, alias nullius effectus erit taliter prohibito: qualiter enim legе prohibetur actus illi contraria, ac proinde prohibetur introduci confuetudo facta. Ergo si spectat confuetudo prohibetur introduci, de confuetudine iure, seu de efficacia confuetudinis intelligenda est prohibicio. Et confirmo. Confutatio vi tua non habet authoritatem denegandi legi, sed ex contentu, & voluntate legislatoris: at legislator expressè manifestat se nolle confuetudinem huius legi praeferere, ergo nullo modo praeualeat. Confutatio secundo à limiti ex prescriptione, si enim legе prohibeat prescriptio nem aliquius rei, vel saltem infra tempus quadraginta annorum: tunc aduersus talen legem vel omnino non prescribitur, vel non, nisi tempore quadragenario, idque esto interuenient bona fides & titulus, ut constat ex Libri lex, sive uscap. vbi dicitur, vbi lex tollit prescritionem, non prescribatur, itaque optimè Molin, tom. 1. de inst. tract. 2. disp. 77. fine. Salas disp. 19. sect. 7. num. 70. & alii, sed cum lex prohibet confuetudinem introduci, prohibet, ne per aliter contorta legem, Ergo talis confuetudo nullam vim, & efficaciam habere potest. Et tunc Molin, Salas ibi, & alii inveni apud ipsos, & quod Azor 1. part. libr. 6. cap. 17. quæst. 10. Bonacina disp. 1. 1. punt. vbi §. 3. proposit. 2. Couarr. 3. variarum, c. 13. num. 3. & 4.

In hac re Suarez lib. 7. c. 7. à num. 2. & c. 19. n. 18. & Salas disp. 19. sect. 7. n. 71. distinguunt inter legem prohibentem introduci confuetudinem, & inter legem improbatam illam sicutim aduersus legem prohibentem confuetudinem futuram, praetribi posse confuetudine; secus vero aduersus legem improbatam confuetudinem, quia non obstante prohibitione confuetudinis, potest esse confuetudo rationabilis, & legitimè prescripta: at confuetudo improbat, ut irrationalis, rationabilis non potest. Ergo.

Ceterum supradicta distinctione vera quidem est, si quoties reprobarum confuetudis, reprobatur, ut d'lossa ratione, & contraria legi naturali, aut diuinæ, aduersus quam legem nulla confuetudo praeualeat potest. At quia non semper reprobarum confuetudo, ut si irrationalis, sed quia reprobatur, ut Ecclesia non confutetur conueniens, ideo existimo supradictam distinctionem necessariam non esse; sed idem esse dicendum de lege sic improbatam confuetudinem, ac de lege confuetudinem prohibente, quia si prohibet legislator confuetudinem, ideo illam prohibet, quia iudicat esse reprobatur, inconvenientem: cum enim iudicet legem latam conuenientem esse, necessario iudicare debet confuetudinem illi contrariam inconvenientem esse. Ergo in idem redit prohibito, & reprobatio confuetudinis inconveniens: & ita eodem modo loquuntur certi alii Doctores: ut videatur est apud Sanch. lib. 7. de marr. disp. 4. n. 14. Couarr. lib. 3. var. c. 13. n. 4. Basil. de Leon lib. 6. de maria. c. 6. n. 9.

8 Dicendum ergo est primò, si lex improbat confuetudinem per generalia verba, & indifferentia ad præteritam, & futuram confuetudinem, qualia sunt, non obstante contraria confuetudine, de vita confuetudine debet intelligi, quia est laus legis constitutio. Et videatur satis approbat ex cap. ad normam 3. de confuetud. vbi illis veribus, præmissa confuetudine non obstante, non solum comprehenditur præterita, sed etiam futura: & c. c. cum inter eod. vbi confuetudo non feruunt interdictum generale irritat, ad futuram confuetudinem extenditur, ut tenetur in supradicto cap. scilicet omnes Doctores, & tradit. Molin, tom. 2. de inst. disp. 79. & contentio Suarez in fin. referendum. Neque valeret dicere ideo extendi prohibitionem futuram confuetudinem, quia erat irrationalis, & discipilus Ecclesiastice contraria, quia tempore confuetudo prohibetur, ut irrationalis, hoc est, ut minus ratione consona, & aliquo modo disciplina Ecclesiastice, vel bono communione, sic tradunt innumerous referens Tisachel, de retract. in prefat. num. 8. & 19. Couarr. 3. variarum, cap. 13. num. 4. Burgos de Paz lib. 1. Tauri, num. 454. & num. 479. Casallos in suis quæst. præst. quæst. 704. Salas disp. 19. sect. 7. fin. Thomas Sanchez lib. 7. de marr. disp. 4. num. 13. alterius glossam in Clement. statuum, verbo confuetudini, de teat. affirmant ad solam præteritam confuetudinem illa verba se extenderet, neque improbat futuram.

9 Sed obiectio primò, improbat confuetudinem est quid odiosum. Ergo non est exceptenda, sed limitanda. Secundò quia illis verbis solum intendit legislator tollere confuetudinem contrariam sua legi: confuetudo autem, quæ nondum est,

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

non legi contraria. Ergo de illa lex non loquitur. Tertio, quia sepe legislator verbis claris confuetudinem futuram prohibet, ut si dicat, nolumus contra legem hanc aliquam confuetudinem valere. Ergo cum id non exprimit, confundens est solum præteritam confuetudinem improbat. Propter hanc Suarez lib. 7. de legibus, cap. 7. à n. 2. cum glossa in Clement. statuum, verb. confuetud. de elec. & alii Doctores existimat verba illa generalia, non obstante contraria confuetudine, solum ad præteritam confuetudinem se extende, neque futuram respicere. Sed reminenda est nostra sententia, ut communior. Et.

Ad primum dicimus reuocare confuetudinem, esse odiosum confuetudini: ut legi favorable; id est reuocatio excedenda non limitanda.

Ad secundum concedit solum confuetudinem existentem, contrariata legi formaliter; ut quia etiam futura ei contrariata potest, si introducatur id est lex cam præcepit, & impedit vult.

Ad tertium concedimus aliquando legislatorem verbis expressis, & claris futuram confuetudinem improbat; sed non obvide infetur, si verbis indifferenteribus procedat, non improbat illam, sed solum infetur non esse certum, & indubitatem improbat illam, ut concingit, cum verbis expressis improbat, at esse satis probabile illam improbat.

10 Dico secundò, quoties lex prohibet, vel improbat confuetudinem contrariam, ut inconvenientem re publica, non potest confundere aduersus legem præualeat, nisi tes ita mutentur, ut prudenter possit legislator velle legi derogati confuetudine: sic tradit Sanchez in præf. num. 14. Nauari, comment. de spoliis, §. 15. n. 2. Couarr. 3. variarum, cap. 13. num. 4. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæst. 10. Salas disp. 19. sect. 7. sub n. 71. Suarez lib. 7. cap. 19. num. 21. & 24. Basilis de Leon lib. 6. cap. 6. num. 9. Bonacina disp. 1. quæst. 1. præst. vlt. §. 3. num. 37. Piuton patrem conclusionis mibi probat ratio dubitandi cum suis confirmationibus. Non enim existimare sufficiunt rationem reprobandi confuetudinem, ut dicit Suarez num. 22. Specialiter aduertere iudices, & gubernatores, ne permittrant vultum contrarium, satis enim hoc ipso legi aduertitur. Sed credo idem reprobare confuetudinem, ut viles non assumat aduersus legem intendeat enim legislator legem firmare, & roborare quoad potest: vider auctum confuetudine contraria posse infirmari, & destruiri; cauer sua prohibitione hanc defunctionem.

Secundam partem conclusionis sic probo, & explico: si enim res ita mutentur, ut prudenter possit legis aucta legi velle derogare, tunc aduersus legem reprobantem confuetudinem præualeat aduersus potest, quod concingit, quando est a iuxta ratione bonum commune attingens, quo legislatore latuit, cum legem tulit, vel quando denio se offerat, quam ipse ex cogitate non potuit. Tunc, inquam, rationaliter posset legislator legem suam abrogare. Ergo optimè potest contentire, ut per confuetudinem abrogetur.

Dices, non obstante illa ratione quæ denio se offerte, lex in suo robore persistere, & persistit etiam reprobatio confuetudinis illis contraria. Ergo non præualeat aduersus legem.

Reiponduit legem in suo robore persistere, non enim ipso iure cessat lex, ut quamlibet rationem, qua sufficit, ut illam legislator mutet. At reprobatio confuetudinis, ut credo, non perficit, quia illa confuetudo, que denio introducitur, iam non est irrationalis, sicut à principio ex cogitate fuit, sed prius est ratione consona, & apta, ut legislator ei contentum præbeat: quod probatur a simili ex l. si hominem 30. si mandari. vbi dicitur, generali procuratorem posse reuocare à dominio prius specialiter, si habuerit iustam causam renunciandi, hoc est, si habuerit causam novam, vel de novo cognitam, qua dominum præsumitur latuisse. Ergo similiter non potest obstat reprobatio confuetudinem esse reprobatum, quomodo vires assunt aduersus legem noua causa superveniente, quo argumento vintur Sanch. innumeris relatis, lib. 7. de marr. disp. 40. num. 14. non longè à principio.

Quinta difficultas est de lege verante circa sacramentalia, an, inquam, hæc lex derogari confuetudine possit.

Respondeo posse, etiam à legislatore non cognoscatur talis confuetudo, quia in cap. fin. de confuetud. nullum darur fundamenum excipiendi confuetudinem aduersus legem sacramentalem, neque expostulandi scientiam principis de confuetudine. Item legislator sepe leges sacramentalium à se statutas mutat pro diuercitate temporum: ut videatur est in matrimonio, in ordine, Eucharistia administranda. Ergo confuetudo poterit id ipsum effici ex consentu legislatoris, & fauere videtur text. in cap. 1. de cognit. spirituali, & cap. super eo, cod. de rit. in postrema sui parte: vbi standum esse confuetudini Ecclesie dicitur principi, si confuetudo sit, que scandalum generat, hoc est, ex cuius violatione præsumitur scandalum generandum esse, si ergo confuetudo valeret introducere legem attingentem sacramentalum administrationem, à posteriori posteri legi latere derogare: & ita tenet Couarr. 4. de rite. 2. p. 6. § 10. num. 9. Sanch. plures referens lib. 7. de marr. d. p. 82. n. 20. Suar. lib. 7. de leg. c. 19. n. 26. Nauari. c. 22. n. 83. Salas disp. 19. de leg. sect. 5. n. 58.

N Neque

DE
ASTRO
PALA
TONI.

Neque obstat Clement, *in de iure, & qualitate, vbi Clem. V. decernens, atatem seruandam in sufficiensibus ordines factos, dicit generaliter Ecclesia obseruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte preferri, decernimus, &c.* Ergo signum est obseruantiam Ecclesia non derogare antiqua iura, siquidem indiguit haec speciali configuratione: verbum enim decernimus, nouum ius insinuat constitui, ut tradit ibi glossa, non declarat iam constitutum. Adeo particulariter illam in hac parte, denotare illam obseruantiam, & consuetudinem Ecclesia velle Pontificem antiquis iuribus preferri, non tamquam obseruantiam, & consuetudinem. Non, inquam, obstat, quia Pontifex non ex speciali indigentia firmandi consuetudinem illam, praeferit antiquis iuribus, sed ut clarius constaret praeferendam esse, eiique voluntatem esse sic preferri: cum enim posset Pontifex illam obseruantiam, & consuetudinem abrogare, sicuti abrogavit consuetudinem sufficiendi ordinis extra quatuor tempora cap. 2. de temporib. ordinis, non solum hanc abrogationem noluit praeferre, sed potius illam consuetudinem, ut validè rationabilem approbavit.

Sexta difficultas est de iure gentium, an possit consuetudo aduersus illud praevalere?

Communis sententia negat: sic Panormit. c. vii. de consuetud. Rochus ibi scđ. 5. num. 16. Azor. s. 1. lib. 5. cap. 17. quađ. 4. Salas dis. 19. scđ. 6. n. 65. Mouentur, quia ius gentium est ius naturale, & aduersus ius naturale non datur praescriptio. Sed haec ratio nullius est ponderis, cum ius gentium à naturali distinguatur, ut confitetur ex his quæ dictum in principio huius tractatus. Quapropter ratio efficacia est, quia ius gentium ab omnium communitate introductum est, & acceptatum; sed ab hominum communione nulla est facta lex de praescriptione aduersus illud. Ergo. Et confirmatio: vel consuetudo præscribens aduersus ius gentium est singularis, hoc est, aliquis regni vel provincialis est consuetudo omnium nationum, hoc leendum est fieri impossibile, quia impossibile videtur conuenire omnes nationes in consuetudine opposita iuri, quod est naturæ rationali maximè conforme, quodque à principiis naturalibus derivatur. Primum vero non videtur fas ad derogandum iuri gentium, etiam in illa prouincia, vbi est consuetudo: cum ob rationem dictam, quia nulla datur lex efficaciam præbens consuetudini aduersus ius gentium: & præcipue, quia consuetudo non potest habere vim aduersus ius gentium, nisi de consensu illius, qui ius gentium condidit, vel de consensu aliorum, qui fit illo superiori, inferior enim non potest legem superioris abrogare: atque condens ius gentium non tribuit hanc efficaciam consuetudini: Deus autem, qui solus est ille superior, non appetit hanc efficaciam conceplisse. Ergo ex nullo capite illam potest habere. Addit nullum speciem principem habere potestatem ferendam statuta contra iuri gentium, quia est inferior condente illud, quod tradit Bald. *in de natura feudis. c. 1. & 3. qui feudum dare possunt. i. s. vii. & Iason. id. l. quoniam. ff. de fluminis. in repet. n. 3.* Ergo neque potest consuetudini hanc potestatem trahere; quod enim sua lege expressa facere non potest, minus poterit tacita.

Verum fas probabile existimo & posse singularem principem aliqua statuere, in sua republica contraria iuri gentium, si ita expediens vobis fuerit recte reipublice gubernationi, & consuetudinem ipsam ex eiusdem principiis consenserit, id ipsum posse præstat. Quia habere principem hanc potestatem, videtur maximè conuenientem reipublice administrationem. Quare dicendum est illam habere ex tacita hominum concessione: si ius enim gentium dictat illis hanc potestatem concedi debet, & ita tradit glossa in l. scđ. locis. ff. quemadmodum, seruit. amit. Suar. lib. 7. de leg. & c. 4. num. 6. consentit ex parte Azor. & Salas supra.

Ex his sit posse in aliqua prouincia consuetudine, vel statuto firmari, captiuos in bello non esse redigendos in servitum, sed relinquendos in libertate. Item potest introduci, si causa iusta, & communis subsistat, ut cives aliqui priuatum posselliobus suis, etiam non solito prelio à republica. Item ut vendant dominum, vel agnum, vel murio concedant, vel soluat unus pro alia pecuniam debitorum, & similia; quia licet de iure gentium sint, potest tamen consuetudo, vel statutum principis ob bonum sua reipublicæ aliter statuere. Adeo si haec omnia recte inspiciantur, nunquam iuri gentium sit derogatio: ius enim gentium nonquam obligabat captiuos in servituum redigere, sed id permiscebatur, dum contrarium à gubernatore reipublice non statuerat. Item ius gentium nonquam prohibuit priuationem dominij in particularibus ciubus, si illa priuatione republie indigebat ad sui gubernationem, sed solum prohibuit priuationem nulla communis causa intercedente, & alias priuationes permittebat. Quapropter nonquam viderit consuetudo aduersus ius gentium directe procedere.

S. III.

De tertio effectu consuetudinis, qui est legem interpretari.

- 1 Claram est consuetudinem posse interpretari legem.
- 2 De interpretatione authenticâ, vel probabili, quomodo differant.
- 3 Item consuetudo interpretatione authenticâ requirit decennium, secus probabilitatem conictructuram.
- 4 An secundum consuetudinem, vel secundum legem debet indicare arbitri, in quen est compromissum factum de iudicio ferendo secundum ius.
- 5 Secundum consuetudinem sunt regulandi contractus.
- 6 Judicium internum, & externum indicandum secundum consuetudinem.

Consensit est omnium sententia, consuetudinem habere hunc effectum, & traditur sufficiens in l. minime, l. scđ. de interpretatione, ff. de leg. & c. cum dilectus, de consuetudine, ibi dicuntur, consuetudo est optimâ legum interpretatio. Ratio autem est manifesta: nam si consuetudo habet vim introducendi legem, & abrogandi institutum: à fortiori habete debet efficiaciam interpretandi illam, præcipue cum hic efficit magis necessarius esse videatur, quam alijs; ex p. enim leges obcuras sunt & ambiguæ, tum in obligatione, tum in materia, ad quam te extendunt, neque legislator suam mentem declarans, concluduntur autem huiusmodi obcuritas, & ambiguitas tollitur. Ergo est maxime necessaria talis interpretatio.

Obseruantur tamen est duplicitet consuetudinem posse interpretari legem. Primum authenticam, & necessariam. Secundum conictructuram, & probabilitem. Quando consuetudo legem interpretat authenticam, ipsam interpretatio habet vim legis, & necessariam est feruenda, ut traditur in l. nam imperator. ff. de legib. ibi. in ambiguitatibus, que ex legib. præscribuntur, consuetudinem, aut rem, ergo & similiter iudicium autoritatem, vim legis obcuram debere. Cum enim legislator legem à latum, alia denovo latere legem interpretari solet, quae interpretatio legenda est ut lex, quia verè est lex: ita consuetudo legitimè præscripta eandem vim habere debet, quia pro lege interpretatur. Quoscum omnia que requirantur, ut consuetudo vim legis habeat, eadem, requirantur, ut legem authenticam interpretetur: quia in hac interpretatione legis rationem fortior. Verum si consuetudo interpretans legem non est legitimè præscripta, tunc solum conictructuram, & probabilitatem legislatori mente interpretatur; sicuti Doctores solent leges interpretari: alioquin ratione, eo quod plures in vno contentantur. Quapropter ad hanc interpretationem faciunt, tam consuetudo subsequens legem quam antecedens dereliquerit potest, ut recte dixit Suar. lib. 7. c. 17. num. 3. cum glossa in cap. nonnulli, de rescript. Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia. ex iure, & Panormitanus in cap. certificari, de sepulcris, quia lex non intelligunt derogare consuetudini, nisi id expressè caueatur, in modo potius secundum consuetudinem solerint.

Notanda tamen est differentia inter consuetudinem interpretationem, coniecturalem, & authenticam. Nam authenticam, quia vim legis habet, expostulat tempus decennium ad sui valorem: at coniecturalis quia eam non habet autoritatem, minori tempore contenta est. Quapropter dicit Menochius lib. 2. de arbit. centur. 1. cap. 83. numer. 12. si agitur de consuetudine interpretationi, posse iudicem ultimare eam satis stabiliter parvo tempore, quia temporis diuturnitas in his non requiritur intelligere ad probabilitem, & satis efficacem coniecturam faciendam. Excipit ipse Menochius cum aliis, nisi sit consuetudo interpretationis contra iuris communis dispositionem, intelligere clarissimum enim, dum non est consuetudo præscripta, corrupta est, non consuetudo ac præceptum non debet mouere iudicem ut legendum illam sententiam ferat.

Ex qua doctrina sit facis illi questioni, quid debet facere index arbitri, in quem compromissum partes, ut secundum iuris sententiam facta, si aliud lex aliud consuetudo habeat? Et dicendum est, dum consuetudo legitimè præscripta non est, secundum legem debere iudicare: at si consuetudo præscripta est, quia habet vim legis abroganda, secundum illam ferenda est sententia. Neque obstat compromissum esse factum, ut secundum iura deinceps sententia, quoniam dari possit secundum consuetudinem præscriptam, quia consuetudo præscripta ius est, & sub iure conuenit, & à iure imperante sentari: sic ex Panorm. & Syju. notatur Salas disp. 29. scđ. 13. num. 104.

Fit secundum, secundum consuetudinem introductam reglandos esse contractus, quia secundum illam intelliguntur facti, nisi aliud fuerit expressum. Tempor. disputationis. ff. de regulis iuris, quod si not. §. qui affluit. ff. ad additio editio. Salas disp. 29. scđ. 19. sub. n. 103.

Fit

6 Fit tertio, regulandum esse tam iudicium internum, quam exterrum secundum consuetudinem introductam, quia iudices debet secundum leges iudicare, sed nulla firmor, & solidior illarum interpretatio esse potest, quam ea, quae per consuetudinem habentur. Ergo debet secundum illam iudicare.

§. IV.

De quarto effectus consuetudini, qui est irritatio.

- 1 Vm habet irritandi consuetudo.
- 2 Aliqu limitans, ut procedat ex scientia Principis, sed non admittitur.
- 3 Debet esse mixta laicorum, & Ecclesiasticorum, qui sentiantur.
- 4 Neque hac limitatio approbatur.
- 5 Alij limitant, ut procedat in consuetudine, que scandalum generat, si non obserueretur.
- 6 Non admittitur limitatio.

Constat ex sumpliciis in difficultate tercia, consuetudinem vim habere derogandi legem irritantem si rationabilis, & legitimè si prescripta. Ergo etiam habere potest vim introducendi legem aliquam irritantem, quia non minorem autoritatem requirit ad abrogandam legem, quam ad legem introducendam: & cum haec omnia ex confessu Principis pendat, sicut potest consuetudini vim dare abrogandae legis, potest etiam dare illam contiueniendi. Quod autem sic factum sit, constat ex cap. fin. de consuetud. & l. de quib. fidei legibus, vbi cuiuslibet consuetudini rationabili, & legitimè prescripta datum potest legalis, neque ibi sit aliqua limitatio. Addit, consuetudine redditor quis inhabilis ad beneficium, e. cum oīm de clericis emigrauit, & reddi potest inhabilis ad matrimonium contenendum, cap. super eo, in pofcripta suis partes de cognatis, spirituali, item, & ad electionem, e. cum Cumania, de elect. cap. cum Ecclesiis de causa pofcript. & propriet. Ergo iam consueludo legem irritantem inducit potest, & ita tenet innumerous referens Sanchez lib. 7, de matr. disp. 4, n. 11. Suan. lib. 7, cap. 16, num. 4. & 19, n. 34. Salas disp. 19, cap. 10, n. 86, iuncto n. 84.

2 Limitant ramei aliqui primò supradictam doctrinam, modo adit scientia Pontificis de tali coniunctudine. Verum, ut recte Sanchez Salas & Suan. supra, haec limitatio non est necessaria, quia in supradict. cap. fin. de consuetud. & l. de quibus, nulla mentione fit hucus scientia, sed in eis enim ibi pertinet consuetudinem esse rationabilem & legitimè prescriptam, hoc est, durante tempore necessario ad prescriptiōnem, talique consuetudini autoritas legis tribuitur. Neque obstat introducendis consuetudinem iactores esse Pontifice, quomodo possint legem Ecclesiasticam irritantem matrimonium, electionem, & alios contractus introducere, quia non vi sua, sed ex Pontificis consentio dato in expedito consuetudin procedunt.

3 Limitant alijs secundo in consuetudine irritante matrimonio, seu induceente impedimenta irritantia, ut talis consuetudo mīta sit laicorum, & clericorum: sicut dicitur Sanchez lib. 7, disp. 4, n. 11. I. rea fons, cum Couart. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 10, num. 18. Ludovicus Lop. 2. 9. instruc. de matr. cap. 4. col. 5. §. deinde dubitatur, quia in legibus Ecclesiasticis non possunt laici. Ergo coniunctudo laicorum præcisus non valebit impedimenta matrimonii flatere. Quia ratione coniunctudo Gallici allegata in cap. de pofcript. non obstat valori matrimonii, quia etiam a laicis, & non a clericis introducita, sic Sanchez supra, cum Anton. in supradict. cap. 7, & 8. Abbas num. 6. Alexand. de Nauo num. 10. 11. 21, 22. Felino num. 1.

4 Sed neque haec limitatio necessaria est, ut docet Salas disp. 19, cap. 10, num. 86, quia laici abesse clericis introducere possunt consuetudinem Ecclesiasticam, si ad laicos pertinet materia consuetudinis, quia non introducunt ex authoritate, quare ipsi habent a le, sed ex confessu Pontificis, ut videtur est in ieiunis, & festiuitatibus; confessus vero Pontificis applicatur illis, quibus coniunctudo consuetudo: at constitutio matrimonialis laicis constituit, etio eius cognito ad Ecclesiis forum specter, cap. tuam, de ord. egen. Ergo possunt laici consuetudinem in hac materia introducere. Neque obstat textus relatus in cap. 1. de pofcript. alibi, quia illa consuetudo forte non erat rationabilis, & legitimè prescripta: tum & preecipue, quia non erat de subtilitate matrimonii, sed de quadam solemnitate accidentali, ut explicat glossa, & alijs relati a Salas supra.

5 Tertio alijs limitant, ut consuetudo, quae has vires obtinere debet, fecum fecit scandalum, id est, eius violatio scandalum generat. Couart. Ludovicus Lop. Henricus, relati à Sanchez lib. 7, cap. 4. num. 7. Monstrant ex cap. 1. de cognatis, spiritu, & lib. 11. n. 11. consuetudine Ecclesiastice, que scandalum generat, alterius si hakeri vocatur. Vbi coniunctudo scandalum generat, i. h. effectio irritativa, ut consuetudinem Ecclesiastice scandalum generat, i. h. effectio irritativa, quae scandalum non generet.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

5 Sed neque haec limitatio admittenda est: nam etiam si nullum sequeretur scandalum ex violatione talis consuetudinis si confundendo est rationabilis, & legitimè prescripta, hanc efficaciam habebit, ex cap. fin. de consuetud. Econtra vero, si rationabilis non est, aut non est legitimè prescripta, etiam scandalum ex eius violatione sequatur, scanda non exire. Quia propter non scandalum, sed consuetudini rationabili & legitimè prescripta haec efficacia tribuenda est. Illa autem verba Pontificis solum indicant id, quod communiter accidit; consuetudo enim legitimè prescripta, & rationabilis scandalum generat, si non obstatetur. Addit Pontificem ibi vele consuetudinem tollere, nisi scandalum inde sequatur. Quapropter timore scandalii ducitur ad approbadam illam consuetudinem, & relinquentiam in sua vi, iuxta cap. quod dicitur, de consanguinitate, & affinitate. ibi. Unde in hac parte consuetudis duximus multitudini, & obseruante consuetudini deferendum, quam aliud in discussione. & scandalum populi statuerendum, quodam adhibito nouitate. Sic Sanchez supra n. 11. post medium, Salas disp. 19, sect. 10. n. 85. Suan. lib. 7, cap. 16, n. 7. Baſil. de Leon. lib. 6. de matr. cap. 6. num. 10.

P V N C T V M V.

An consuetudo mutari, abrogari que posse, & quaratione.

D

upliciter mutari, seu abrogari consuetudo potest. Primum, tege expressa. Secundum, alia consuetudine.

§. I.

De abrogatione consuetudinis per legem.

- 1 Porest lege consuetudo abrogari.
- 2 Nulla lex abrogat consuetudinem, nisi consuetudini contraria sit.
- 3 Lex uniuersali abrogari consuetudo uniuersalis potest.
- 4 Lex uniuersali non confutat derogata consuetudo alicuius loci neque statutum.
- 5 Explicatur text. in c. univ. de fendi cogniti.
- 6 Leges speciali facta à Princeps pro aliquo prouincia, probabile est non derogari illius prouincia consuetudinem nisi lex continet classulam derogatoriam.
- 7 Qualis debet esse coniunctudo, ut non confutetur lex illam abrogare? Probabile est Suarez intelligi de consuetudine prescripta, & qua tendit ad prescriptiōnem.
- 8 Probabilis est de sola consuetudine prescripta esse intelligendum.
- 9 Sacra fundamenta n. 7, adductis.
- 10 Sub clausula revocatoria generali consuetudinis, non venit immemorialis;

I Propter consuetudinem rationabilem, & legitimè prescriptam lege expressa abrogari, nemini esse potest dubium, cum si expressa dictio iuxta cap. 1. de constitutione in d. c. cum consuetudine, de consuetudine. Ratio est clara, quia tota consuetudinis vis, & efficacia à legislatori voluntate salvo tacita pender. Ergo si legislatur ei refutat, nullam vim, & efficaciam habebit. Addit, consuetudine non arctari potestate in superioris, ut non possit corporarium disponere, si videat conuenire; cedentes enim in periculum communiat. Denique legem à se latam potest superior abrogare alia lege, & constitutione. Ergo & consuetudinem, quae prolege suscipiat. Explicandum tamen est quando id fieri cenieatur ut.

2 Dico primo. Nulla lex consuetudinem abrogat, nisi clavis ex diametro illi contraria sit; quare si obseruantur consuetudinis compati potest, etiam ad hunc effectum verba legis restringenda sit, non debet consuetudo abrogata. Ratio est manifesta, quia iuriis correctione vitanda est, quoad fieri potest, ex l. p. accepimus C. & appella. Sed consuetudo legitimè prescripta, p. us quoddam est. Ergo. Item leg. flator in statuenda lega motibus subditiorum censendus, est potius se accommodate, quam refutare, ex text. in c. e. utrum lex diff. 4. ibi secundum patria consuetud. sic omnes Doctores.

3 Dico secundum, legi uniuersali abrogari consuetudinem, quæ uniuersalem illi oppositam, etiam illius non fuisse facta mentio, neque lex habuerit clausulam derogatoriam: & hoc siue lex procedat à supremo Princeps, qualis est Pontifex, aut Rex, siue ab Episcopo, aut gubernatore ciuili: quicunque enim sit, qui legem voluntalem comprehendentem totam suam dictiōnē intituit, eo ipso & consuetudinem illi oppositam abrogat. Est communis sententia, quam tradidit Panormit. cap. fin. de consuetud. num. 24. Azor. tom. 5. lib. 5. cap. 16. quest. 7. Bonacina disp. 1. d. legib. quæst. punct. v. §. 3. num. 3.

N 2 Salas